

1978

L
1504



Christiana

Seneca

5. A 9. A 34

no 15

Script. Rom. in Quarto

N. 20.

~~II. 26. 26~~

Handwritten marginal notes in Latin script, partially obscured by the main title.

Persii Flacci nobilissimi Satyrici unicus, sed elegantissimus Satyrarum liber.

Handwritten marginal notes in Latin script, located below the title.

Hermanni Buschii Paliphili
Epigramma q̄ Persium,
loquentem inducit,

Ne contemne mei : parua hec monumenta : libelli
Sed quibus ingenij : lumen : & artis : inest
Non semper par est : virtus : & gratia : magnis
Corporibus : sed plus saepe minora valent
Vulture sic auido : longe est preciosior Attis
Sic & ab aeo Psittacus orbe datus
Surculaq; Assiria : vincunt stillantia : gutta
Sic Ornos steriles : Populeasq; trabes
Sic gemma in digitis : fuluo gestatur & auro
Spreta rigent crasso cum tibi saxa luto
Ergo age primicias : nostrae : studiose : iuuentae
Sint quis modicae tutamen : oro : lege

Leipz 1572



Ar^m in p^{ri}ma p^{ar}te Sa:

Pa rudes falsa rorremos lante potas
Omnesq; sub rorpesq; in ror^e mores
Inq; et p^{er}es ho p^{ri}m^o r^obr^e rone

In p^{ri}ma

Vana homⁱⁿu^m rone raxant^{ur} vota p^{er}u^{er}e
Inq; p^{er}es et p^{er}u^{er}e rone
Baroq; in p^{er}u^{er}e rone rone

Desira, et molles rone rone
Atq; rone rone rone rone rone
Inq; animi rone rone rone rone

Quarta

Quarta rone rone rone rone
Inq; rone rone rone rone rone
Inq; rone rone rone rone rone

Quinta

Quinta rone rone rone rone
Inq; rone rone rone rone rone
Inq; rone rone rone rone rone

Sexta

Sexta rone rone rone rone
Inq; rone rone rone rone rone
Inq; rone rone rone rone rone

helio...
Tart...
Inq; rone rone rone rone rone
Inq; rone rone rone rone rone
Inq; rone rone rone rone rone
Inq; rone rone rone rone rone
Inq; rone rone rone rone rone
Inq; rone rone rone rone rone

Satyra.

Pertulerint, nugæ. non si quid turbida Roma

Eleuet accedas, examen q̄ improbum in illa

Castiges trutina nocte quæsiueris extra.

Nam Roma est quis nō? sic fas dicere, sed fas

Tunc cū ad caniciem, & nostrū istud viuere triste

Aspexi & nucibus facimus quecunq̄ relictis:

Cum sapimus patruos: tunc tunc ignoscite: nolo,

Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno

Scribimus inclusi numeros ille: hic pedeliber

Grande aliquid quod pulmo anime plargus anhelet

Scilicet hec populo pexusq̄ togaq̄ recentio

Et natalicia tandem cum fardonice albus

Sede legens celsa: liquido cum plasmate guttur.

Mobile colluerit? patranti fractus ocello

Hic neq̄ more probo videas: nec voce serena

Ingentes trepidare Titos: cum carmina lumbum

Intrant: & tremulo scalpuntur ybi intima versu

Tun? vetule auriculis alienis colligis escas

Auriculis quibus: & dicas cute perditus ohe

Quid didicisse? nisi hoc fermentū: & que semel intus

Innata est rupto iecore exierit caprificus:

[Extensive handwritten marginalia in Latin script, including commentary and corrections, covering the left and right margins of the page.]



Prima.

En pallor : seniumq̃ : o mores : vsq̃ adeo ne
 Scire tuum nihil est : nisi te scire hoc sciat alter ?
 At pulchrum est digito monstrari : & dicier hic est
 Ten cirratorum centum dictata fuisse
 Pro nihilo pendas ? ecce inter pocula querunt
 Romulidæ saturi : quid dia poemata narrent
 Hic aliquis cui circa humeros & Ianthina læna est
 Rancidulum quiddam balba de nare locutus
 Phyllidas Hypsiphylas : vatium & plorabile si quid
 Eliquat, & tenero supplantat verba palato
 Assensere viri : nunc non cinis ille poetæ
 Fœlix ? non leuior cippus nunc imprimit ossa ?
 Laudant conuiuæ : nunc non e manibus illis
 Nunc non e tumulo : fortunataq̃ fauilla
 Nascentur violæ rides ait & nimis vncis
 Naribus indulges : an erit qui velle recuset
 Os populi meruisse : & cedro digna locutus :
 Linq̃uere nec scombros metuētia carmina : nec thus,
 Quisquis es o modo quem ex aduerso dicere feci :
 Non ego cum scribo si forte quid aptius exit
 Quando hec rara auis est : siquid tamen aptius exit

A in

Satyra.

Laudari metuiam : neq; enim mihi cornea fibra est :
Sed recti finemq; extremumq; esse recuso
Euge tuum & belle . nam belle hoc excute totum
Quid non intus habet ? non hic est Ilias Acci
Ebria veratro : non si qua elegidia crudi
Dictarunt proceres : non quicquid deniq; lectis
Scribitur in citreis : calidum scis ponere fumen
Scis comitem horridulum trita donare lacerna :
Et verum inquis amo : verum mihi dicito deme,
Qui pote, vis dicam ? nugaris cum tibi calue
Pinguis aqualiculus propenso sesqui pede extet,
O lane a tergo quem nulla ciconia pinxit :
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas
Ne linguæ quantum ficiat canis appula tantum,
Vos o patricius sanguis quos viuere fas est
Occipiti ceco, posticæ occurrite fannæ
Quis populi sermo est : quis em̄ nisi carmina molli,
Nunc demum numero fluere : vt per leue seueros
Effundat iunctura vngues : scit tendere versum
Non fecus ac si oculo rubricam dirigat vno
Siue opus in mores : in luxum : & prandia regum

Prima.

Dicere: res grandes nostro dat musa poete,
Ecce modo heroas sensus afferre videmus
Nugari solitos grece: nec ponere lucum
Artifices: nec rus saturum laudare: vbi corbes
Et focus & porci: & fumosa patilia feno:
Vnde remus sulcoq; terens dentalia Quinti
Cum trepida ante boues dictaturam induit vxor
Et tua aratra domum lictor tulit euge poeta
Est nunc brisei quem venosus liber Acci
Sunt quos Pacuius: & verrucosa moretur
Anthiopa erumnis cor luctificabile fulta.
Hos monitus pueris patres infundere lippos
Cum videas queris ne vnde hæc farrago loquedi
Venerit in linguas: vnde istud dedecus? in quo
Troffulus exultat tibi per subsellia leuis
Nil ne pudet capiti non posse pericula cano
Pellere? quin tepidum hoc optes audire decenter
Fures ait Pedio Pedius quid? crimina rasis
Librat in antitethis: doctas posuisse figuras
Laudatur: bellū hoc: bellum hoc? an romule ceues?
Men moueat quippe: & cantet si naufragus assem

Satyra.

Protulerim? cantas cum fracta te in trabe pictum
Ex humero portes? verum nec nocte paratum
Plorabit: qui me volet incuruasse querela,
Sed numeris decor est: & iunctura addita crudis
Claudere sic didicit versum Berecinthius Athis
Et qui ceruleum dirimebat nereia delphin
Sic costam longo subduximus apenino
Arma virū nōne hoc spumosum & cortice pingui
Ut ramale vetus prægrandi subere coctum:
Quidnam igitur tenerum & laxa ceruice legendū est
Torua mimalloneis implerunt cornua bombis
Et sectum vitulo caput ablaturō superbo
Bassaris: & lincem menas flexura corimbis
Euchion ingeminat reparabilis affonat echo
Hec fierent si testiculi vena vlla paterni
Viueret in nobis summa de lumbe saliuā,
Hoc natat in labris. & in vdo est menas & Athis
Nec pluteum cedit: nec demorsos sapit vngues
Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas vide sis ne maiorum tibi forte
Limina frigescant: sonat hic de nare canina

Prima.

Littera per me equidem sint omnia protinus alba,
 Nil moror euge omnes (etern bene) mire eritis res :
 Hoc iuuat : hic inquis veto quisq; faxit oletum
 Pingue duos angues : facer est pueri locus extra
 Meite-discedo secuit Lucilius urbem
 Te Lupe te Muti genuinum fregit in illis,
 Omne vafer vitium ridenti flaccus amico
 Tangit : & admissus circum precordia ludit
 Callidus excusso populum suspendere naso,
 Men mutire nephas : nec clam : nec scrobe nec nusq;
 Hic tamen infodiam : vidi : vidi ipse libelle
 Auriculas asini quis non habet? hoc ego opertum
 Hoc ridere meum : tam nil nulla tibi vendo
 Iliade : audaci quicuncq; afflate Cratyno
 Iratum Eupolidem pregrandi cum sene palles
 Aspice & hec si forte aliquid decoctius audis
 Vnde vaporata lector mihi ferueat aure
 Non hic qui increpidas Graiorum ludere gestit
 Sordidus : & lusco qui possit dicere lusce
 Sese aliquem credens italo quod honore supinus
 Fregerit heminas Areti edilis iniquas

Satyra.

Nec qui abaco numeros & secto in puluere metas
Scit risisse vafer-multum gaudere paratus
Si cynico barbam petulans nonaria vellat :
His mane dictum post prandia Calliroen do,

Satyra Secunda.

h Vnc Macrine diem numeram meliore lapillo
Qui tibi labentes apponit candidus annos
Funde merum genio, non tu prece poscis emaci
Quæ nisi seductis nequeas comittere diuis
At bona pars procerum tacita libabit acerra
Heus cuius præoptum est: murmurque humilesque susurros
Tollere de templis : & aperto viuere voto
Mēs bona: fama: fides: hæc clare & ut audiat hospes
Illa sibi introrsum & sub lingua murmurat : o si
Ebullet patrum preclarum funus : & o si
Sub raistro crepet argenti mihi seria dextro
Hercule : pupillumue utinam quæ proximus heres
Impello : expugnam : namque est scabiosus : & acri
Bile tumet : Nerio iam tertia ducitur vxor
Hæc sancte ut possas tyberino in gurgite mergis
Mane caput bis terque & noctem flumine purgas

Secunda.

Heus age responde, minimum quod scire laboro
 De ioue quid sentis? est ne vt preponere cures
 Hunc cuiq̃ cui nā? vis Staio? an scilicet heres?
 Quis potior iudex, pueriue quis aprior orbis?
 Hoc igitur quo tu Iouis aurem impelleretentas
 Dic agedum Staio, proh Iuppiter o bone clamet
 Iuppiter. at sese clamat non Iuppiter ipse
 Ignouisse putas, quia cum tonat ocus ilex
 Sulphure discutitur sacro, q̃ tuq̃ domusq̃
 An quia non fibris ouium Ergennaq̃ iubente
 Triste iaces lucis euitandumq̃ bidental
 Iccirco stolidam prebet tibi vellere barbam
 Iuppiter: aut quidnam est qua tu mercede deorū
 Emeris auriculas-pulmone & lactibus vinctis?
 Ecce auia aut metuens diuum matertera cunis
 Exemit puerum frontemq̃ atq̃ vda labella
 Infami digito: & lustralibus ante saluiis
 Expiat vrentes oculos inhibere perita
 Tunc manibus quatit & spem macrā supplice voto,
 Nunc Licini in campos, nūc Crassi mittit in edes
 Hunc optent generum rex & regina-puellæ

Satyrā.

Hunc rapiant quicquid calcauerit ut rosa fiat
Hæc ago nutrici non mando : vota negato
Iuppiter hæc illi quæuis te alba rogarit
Pocis o pem nervis : corpusque fidele senectæ
Esto age sed grandes patinæ tucetaque crassa
Annuere his superos vetare iouemque morantē
Rem struere exoptas ceso boue : Mercuriumque
Accersis fibra da fortunare penates
Da pecus & gregibus fetum quo pessime pacto
Tot tibi cum flammis iunicum omenta liquecant
Attamen hic extis : & opimo vincere fertō
Intendit iam crescit ager : iam crescit ouile
Iam dabitur iam iam : donec deceptus & expes
Ne quicquam fundo suspiret nummus in imo
Sit tibi crateras argenti : incusaque pingui
Auro dona feram fudes : & pectore leuo
Excutias guttas : letari pretrepidum cor,
Hinc illud subijt auro sacras quod ouato
Perducis facies nam fratres inter ahenos
Somnia pituita qui purgatissima mittunt
Precipui sunt : sitque illis aurea barba

Tertia.

Aurum vasa numæ saturniaq; impulit era
 Vestalesq; urnas: & tuscum fictile mutat
 O curuæ in terras animæ? & celestium in anes
 Quid iuuat hoc templis nostros immittere mores?
 Et bona dijs ex hac scelerata ducere pulpa
 Hæc sibi corrupto casiam dissoluit oliuo
 Hæc calabrum coxit viciato murice vellus,
 Hæc baccam conche rasisse- & stringere venas
 Feruentis massæ crudo de puluere iussit
 Peccat & hæc peccat: viciis tamen vtitur: at vos
 Dicite pontifices in sancto quid facit aurum
 Nempe hoc quod veneri donate a virgine puppe
 Quin damus id superis? de magna quod dare lance,
 Non possit magni Messalæ lippa propago
 Compositum ius fasq; animi- sanctosq; recessus
 Mentis- & incoctum generoso pectus honesto
 Hec cedo vt admoneam templis & farre libato

Epitaphia Tertia.

n Empe hoc assidue iã clarū mane fenestras
 Intrat: & angustas extendit lumine rimas,
 Stertimus indomitum quod despumare falernum
 B

Satyræ.

Sufficiat: quinta dum linea tangitur umbra:
En quid agis ficas insana canicula messes
Iam dudum coquit: & patula pecus omne sub ulmo est
Unus ait comitum verumne? ocius adlit,
Huc aliquis nemon? turgescit vitrea bilis,
Finditur arcadiæ pecuaria rudere credas:
Iam liber: & positis bicolor membrana capillis,
Inq; manus chartæ: nodosaq; venit arundo
Tunc querit crassus calamo quod pendeat humor:
Nigra quod infusa vanescat sepia limpha
Dilutas queritur geminet q; fistula guttas,
O miser: inq; dies ultra miser huccine rerum
Venimus? at cur non potius teneroq; palumbo
Et similis regum pueris pappare minutum
Poscis, & iratus mammæ lallare recusas
An tali studeam calamo? cui verba? quid istas
Succinis ambages? tibi luditur, effluis amens
Contemnere: sonat vitium percussa maligne
Respondet viridi non cocta fidelia limo,
Vdum & molle lutum es: nunc nunc pperandus & acri
Fingendus sine fine rota sed rure paterno

Tertia.

Est tibi far modicum purum & sine labe salinum
 Quid metuas? cultrixque foci secunda patella,
 Hoc fatis? an deceat pulmonem rumpere ventis.
 Stemmata quod tuscorum millefime ducis,
 Censoremque tuum vel quod trabeata salutas
 Ad populum faleras. ego te intus & in cute noui
 Non pudet ad morem discincti viuere nocte
 Sed stupet hic vicio. & fibris increuit opimum:
 Pingue caret culpa, nescit quid perdat & alto
 Demersus-summa rursus non bulit in vnda,
 Magne pater diuum seuos punire tyrannos
 Haud alia ratione velis cum dira libido
 Mouerit ingenium feruenti tincta veneno
 Virtutem ut videant, intabescantque relicta,
 An ne magis ficuli gemuerunt era iuueni?
 Et magis auratis pendens laquearibus ensis?
 Purpureas subter ceruices terruit imus
 Imus precipites que si sibi dicat, & intus
 Palleat infelix quod proxima nesciat vxor,
 Sape oculos memini tingebam paruus oliuo
 Grandia si nollem morituri verba Catonis

B ij

Satyra.

Discere ab infano multum laudanda magistro
Que pater adductis sudans audiret amicis
Iure etenim id summum quid dexter senio ferret
Scire erat in voto: damnosa canicula quantum
Raderet: angustæ collo non fallier orcæ
Neu quis callidior buxum torquere flagello
Haud tibi inexpertum est curuos deprædere mores
Quæq; docet sapiens brachatis illita Mædis
Porticus in somnis quibus indetonsa iuuentus
Inuigilat filiquis & grandi pasta polenta,
Et tibi que famios diduxit littera ramos
Surgentem dextro monstrauit limite callem,
Stertis adhuc? laxumq; caput compage soluta
Oscitat hesternum dissutis vndiq; malis
Est aliquid quo tendis: & in quo dirigis arcum
An passim sequeris coruos: testaq; lutoq;
Securus: quo pes ferat: atq; ex tempore viuis
Helleborum frustra cum iam cutis egra tumebit
Poscentes videas venienti occurrere morbo
Et quid opus cratero magnos promittere montes
Discite & o miseri causas cognoscite rerum

Tertia.

Quid sumus, & quidnam victuri gignimur, ordo
 Quis datus, aut metæ quā mollis flexus, & vnde
 Quis modus argento, quid fas optare. quid asper
 Utile nummos habet, patriæ charisq; propinquis
 Quantum elargiri deceat, quem te deus esse
 Iussit, & humana qua parte locatus es in re
 Disce, neq; inuideas quod multa fidelia putet
 In locuplete penu- defensis pinguibus vmbriis
 Et piper & pernae maris monumenta clientis,
 Menaq; q; prima nondum defecerit orca,
 Hic aliquis de gente hircosa centurionum
 Dicat, q; fatis est sapio mihi non ego curo
 Esse q; Archesylas: erumnosiq; Solones
 Obstipo capite & figentes lumine terram:
 Murmura cum secum: & rabiosa silencia rodunt
 Atq; exporrecto trutinantur verba labello:
 Aegroti veteris meditantés somnia-gigni
 De nihilo nihil-in nihilum nil posse reuerti:
 Hoc est cur palles? cur quis nō prandeat: hoc est?
 His populus ridet? multumq; torosa iuuentus
 Ingeminat tremulos naso crispanto cachinnos

B iij

Satyra.

Inspice : nescio quid trepidat mihi pectus : & egris
Faucibus exuberat grauis halitus - inspicere fodes
Qui dicit medico - iussus requiescere : postq̃
Tertia compositas vidit nox currere venas
De maiore domo modice ficientē lagena
Lenia loturo sibi surrentina rogauit,
Heus bone tu palles - nihil est : videas tamen istud
Quicquid id est surgit tacite tibi lutea pellis
At tu deterior palles ne sis mihi tutor
Iam pridem hunc sepeli : tu restas : perge tacebo
Turgidus hic epulis : atq̃ albo ventre lauatur
Guttore sulphureas lente exhalante mephites,
Sed tremor inter vina subit : calidumq̃ trientem
Excutit e manibus, dentes crepuere relecti,
Vincta cadunt laxistunc pulmentaria labris
Hinc tuba : candelæ : tandemq̃ beatulus alto
Compositus lecto : crassifq̃ lutatus amomis
In portam rigidos calces extendit : at illum
Hesterni capite induto subiere quirites,
Tange miser venas : & pone in pectore dextram
Nil calet hic : summosq̃ pedes attinge, manusq̃

Quarta.

Non frigent: visa est si forte pecunia: siue
 Candida vicini subrisit molle puella
 Cor tibi rite salit: positum est argente catino
 Durum olus: & populi cribro discussa farina
 Tentemus fauces: tenero latet vlcus in ore
 Putre: quod haud deceat plebeia radere beta
 Alges: cum excussit membris timor albus aristas:
 Nunc face supposita feruescit sanguis: & ira
 Scintillant oculi: dicisq;, facisq;: quod ipse
 Non sani esse hominis: non sanus iuret Orestes

Harpyra Quarta.

r Em populi tractas? barbatū hoc credemas
 Dicere: forbicio rapuit quē dira cicutaē (gistrum
 Quo fretus? dic hoc: magni pupille pericli,
 Scilicet ingenium: & rerum prudentia velox
 Ante pilos venit: dicenda, tacendaq; calles
 Ergo vbi commota feruet plebecula bile:
 Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ
 Maiestate manus: quid deinde loquere? quirites
 Hoc puto nō iustum est: illud male: rectius istud,
 Scis etenim iustum gemina suspendere lance

Satyræ.

Ancipitis libræ: verum discernis vbi inert
Curua subit: vel cum fallit pede regula varo:
Et potises nigrum vicio prefigere thita
Quin tu igitur summa nequicq̃ pelle decoru
Ante diem blando caudam iactare popello
Definis anthicyras melior sorbere meracas:
Quo tibi summa boni est: vncta vixisse patella
Semper & assiduo curata cuticula sole
Expecta haud aliud respondeat hec anus, I nunc
Dinomaches ego sum: suffla: sum candidus esto
Dum ne deterius sapiat pannuncia Baucis
Cum bene discincto cantauerit ozima verne
Vt nemo in sese tentat descendere: nemo:
Sed precedenti spectatur mantica tergo
Quæsieris nostin Vectidi predia? cuius
Diues arat curibus quantum non miluus oberret
Hunc ais? hunc dñs iratis: genioq̃ sinistro
Qui quandoq̃ iugum pertusa ad compita figit
Seriole veteris metuens deradere limum
Ingemit: hoc bene sit tunicatum cum sale mordēs
Cepe, & farratam pueris plaudentibus ollam:

88
Quarta.

Pannosam fecem morientis sorbet aceti,
At si vnctus cesses: & figas in cute solem
Est propete ignotus cubito qui tangit: & acre
Despuat in mores-penemq; archanaq; lumbi
Runcantem: populo marcentes pandere vulvas,
Tu cum maxillis balanatum gausape pectus:
Inguinibus quare detonsus Curgulio extat?
Quinq; palestritæ licet hec plantaria vellant
Elisafq; nates labefactent forcipe adunca:
Non tamen ista filix vlllo mansuescit aratro
Cedimus: inq; vicem prebemus crura sagittis,
Viuitur hoc pacto: sic nouimus: ilia subter
Cecum vulnus habes: sed lato Baltheus auro
Protegit: vt maui: da verba: & decipe neruos
Si potes: egregium cum me vicinia dicat
Non credam: viso si palles improbe nummo
Si facis in penem quicquid tibi venit amarum
Si puteal multa cautus vibice flagellas:
Nec quicq; populo bibulas donaueris aures
Respue quod nō es: tollat sua munera cerdo:
Tecum habita-aut noris q; sit tibi curta supellex

Satyra Quinta.

v Atibus hic mos est: centū sibi poscere voces
Centū ora: & linguas optare in carmīa cētū
Fabula seu mesto ponatur hianda tragædo
Vulnera seu parti ducentis ab inguine ferrum
Quorsum hæc? aut quantas robusti carminis offas
Ingeris? vt par sit centeno gutture niti,
Grande locuturi nebulas helicone legunto:
Si quibus aut proges: aut si quibus vlla Thyeste
Feruebit: sepe in sulso cenanda Gliconi,
Tu neq;: anhelanti coquitur dum massa: camino:
Folle premis ventos: nec clauso murmure raucus:
Nescio quid tecum graue cornicaris inepte
Nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas
Verba togæ sequeris: iunctura callidus acri
Ore teris modico: pallentes radere mores
Doctus & ingenio culpam defigere ludo,
Hinc trahe que dicas: mensasq; relinque Micenis
Cum capite & pedibus: plebeiaq; prandia noris
Non equidem hoc studeo: bullatis vt mihi nugis
Pagina turgescat: dare pondus idonea fumo

Quinta.

Secreti loquimur: tibi nunc hortante camena
 Excucienda damus precordia: quantaq; nostræ
 Pars tibi fit cornutæ animæ tibi dulcis amice
 Ostendisse iuuat- pulsa di noscere cautus
 Quid solidum crepet: & pictæ tectoria linguæ
 Hic ego centenas ausim deponere voces
 Ut quantum mihi te sinuoso in pectore fixi
 Voce traham pura: totumq; hoc verba resignent
 Quot latet arcana non enarrabile fibra:
 Cum primum pauido custos mihi purpura cessit
 Bullaq; succinctis laribus donata pependit
 Cum blandi comites: totaq; impune suburra
 Permisit sparsisse oculos: iam candidus umbo:
 Cuncq; iter ambiguum est: & vitæ nescius error
 Deducit trepidas ramosa in compita mentes:
 Me tibi supposui: teneros tu suspicis annos
 Socratico cornute sinu: tunc fallere solers
 Apposita intortos ostendit regula mores,
 Et premitur ratione animus, vinciq; laborat,
 Artificemq; tuo ducit sub pollice vultum
 Tecum etenim longos memini consumere soles

Satyræ.

Et tecum primas epulis decerpere noctes.
Vnum opus & requiẽ pariter disponimus ambo
Atq; verecunda laxamus seria mensa.
Non equidem hoc dubites amborum federe certo
Consentire dies & ab vno sydere duci,
Nostra vel equali suspendit tempora libra
Parca tenax veri seu nata fidelibus hora
Diuidit in geminos concordia fata duorum.
Saturnũq; grauem nostro Ioue frangimus vna
Nescio quod certe est quod me tibi temperat astrum
Mille hominum species: & rerum discolor vsus
Velle suum cuiq; est: nec voto viuatur vno
Mercibus hic italis mutat sub sole recenti
Rugosum pyper: & pallentis grana cumini
Hic satur irriguo mauult turgescere somno
Hic campo indulget: hunc alea decoquit: ille
In venerem est putris: sed cum lapidosa chyragra
Fregerit articulos veteris ramalia fagi
Tum crassos transisse dies: lucemq; palustrem
Et sibi iam feri vitam ingemuere relictam
Atte nocturnis iuuat impallescere chartis

80

Quinta.

Cultor enim iuuenum purgatas inferis aures
Fruge Clean tea : petite hinc iuuenesq̄, senesq̄
Finem animo certum : miserisq̄ viatica canis
Cras hoc fiet : idem cras fiet : quid ? quasi magnū
Nempe diem donas : sed cum lux altera venit
Iam cras hesternum consumsimus : ecce aliud cras
Egerit hoc annos, & semper paulum erit vltra
Nam q̄uis prope te : q̄uis temone sub vno
Vertentem sese frustra sectabere cantum
Cum rota posterior curras & in axe secundo
Libertate opus est : non hac qua vt quisq̄ velina
Publius emeruit scabiosum tesserula far,
Possidet heu steriles veri : quibus vna quiritem
Vertigo facit : hic Dama : est non tressis agaso ?
Vappa & lippus & in tenui farragine mendax
Verterit hunc dominus momento temporis exit,
Marcus dama ? pape Marco spondente recusas
Credere tu nummos Marco sub iudice palles
Marcus dixit ita est assigna Marce tabellas
Hec mera libertas ? hanc nobis pilea donant,
An quisq̄ est alius liber nisi ducere vitam

C

Satyræ.

Cui libet ut voluit: licet ut volo vivere non sum
Liberior Bruto? mendose colligis inquit
Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto,
Hec reliqua accipio: licet ut volo vivere tolle
Vindicta postquam meus a pretore recessi:
Cur mihi non liceat: iussit quodcumque voluntas?
Excepto siquid Masuri rubrica vetavit,
Disce: sed ira cadat naso rugosaque fanna
Dum veteres auias tibi de pulmone reuello,
Non pretoris erit stultis clare tenuia rerum
Offitia: atque usum rapidæ permittere vitæ,
Sambucam citius caloni aptaueris alto:
Stat contra ratio: & secretam gannit in aurem
Nec liceat facere id quod quis viciabit agendo
Publica lex hominum: naturaque continet hoc fas
Ut teneat vetitos inscitia debilis actus,
Diluis helleborum-certo compescere puncto
Nescius examen: vetat hoc natura medendi
Nauim si poscat: sibi peronatus arator
Luciferi rudis: clamet melicerta perisse
Frontem de rebus: tibi recto vivere talo

Quinta.

Ars dedit: & veri specimen dignoscere calles,
 Nequa suberato mendosum tinniat auro,
 Quæq; sequenda forent quæq; euitanda vicissim
 Illa prius creta: mox hec carbone notasti,
 Et modicus voti-presso lare dulcis amicis
 Iam nunc astringas: iam nunc granaria laxes
 Inq; luto fixum possis transcendere nummum
 Nec gluto sorbere saliuam mercurialem:
 Hec mea sunt? teneo? cum vere dixeris esto
 Liberq; ac sapiens-pretoribus ac Ioue dextro
 Sin tu cum fueris nostræ paulo ante farinae
 Pelliculam veterem retines-& fronte politus,
 Astutam vapidò seruas sub pectore vulpem
 Que dederam supra repeto-funemq; reduco:
 Nil tibi concessit ratio: digitum exere-peccas
 Et quid tam paruum est? sed nullo thure litabis
 Hereat in stultis breuis vt semuncia recti,
 Hæc miscere nefas, ne (cum sis cetera fossor)
 Tristantum ad numeros satyri moueare Batilli,
 Liberego: vnde datum hoc sumis tot subdite rebus
 An dominum ignoras: nisi quæ vindicta relaxat

C ij

Satyræ.

I puer: & strigiles Crispini ad balnea defer:
Si increpuit cessas nugator seruitium acre
Te nihil impellit: ne quicquid extrinsecus intrat
Quod nervos agitet: sed si intus & in iecore egro
Nascuntur domini: quæ tu impunitior exis
Atque hic quæ ad strigiles scutica & metus egit herilis
Mane piger stertis surge inquit auaricia eia
Surge, negas instat surge inquit: non queo surge
En quid agam? rogitas: en saperdam aduehe ponto
Castoreum: stuppas: hebenum: thus lubrica coa:
Tolle recens primus piper e ficente camelo
Verte aliquid: iura: sed Iuppiter audiet, heu heu
Vare regultatum digito terebrare salinum
Contemptus perages si viuere cum Ioue tendis
Iam pueris pellem succinctus: & enophorum aptas
Ocius ad nauem nihil obstat quin trabe vasta
Aegæum rapias nisi solers luxuria ante
Seductum moneat quo deinde insane ruis? quo?
Quid tibi vis, calido sub pectore mascula bilis
Intumuit quæ non extinxerit vrna cicuta
Tun mare transileas tibi torta canabe fulto

Quinta.

Cena sit in transtro? veientanumq; rubellum
 Exhalet vapida lesumpice sessilis obba
 Quid petis? vt nummi: quos hic quincūce modesto
 Nutrieras: peragant auidos sudare deunces.
 Indulge genio: carpamus dulcia: nostrum est
 Quod viuis: cinis: & manes: & fabula fies.
 Viue memor leti: fugit hora: hoc q̄d loquor inde est
 En quid agis? duplici in diuersum scinderis hamo
 Hūccine: an hunc sequeris? subeas alternus oportet:
 Ancipiti obsequio, dominos alternus oberres:
 Nectum cum obstiteris semel: instantiq; negaris
 Parere imperio: rupiam vincula dicas,
 Nam luctata canis nodum arripit: ast tamen illi
 Cum fugit a collo trahitur pars longa cathenæ:
 Daue cito (hoc credas) iubeo finire dolores
 Preteritos meditor- crudum Cherestratus vnguem
 Abrodens ait hæc: an ficcis dedecus obstem
 Cognatis? an rem patriam rumore sinistro
 Limen ad obscœnum frāgam: dum Chrysidis vdas
 Ebrius ante fores extincta cum face canto,
 Euge puer sapias dñs depellentibus agnam

C iij

*Geminus malus vide Erasmus
 Chiliadis primæ contraria
 prima. promissum 82*

Satyræ.

Percute: sed censen plorabit Daue relicta?
Nugaris: solea puer obiurgabere rubra:
Ne trepidare velis: atq; arctos rodere casses
Nūc ferus & violens: at si vocet haud mora dicas
Quidnam igitur faciam? ne nunc accerfor: & vltro
Supplicet accedam: si totus & integer illinc
Exieris: nunc nunc: hic hic: quem querimus hic est
Non in festuca licitor quem iactat ineptus
Ius ne habet ille sui palpo: quem ducit hiantem
Cretata ambicio? vigila & ciceringere large
Rixanti populo: nostra vt floralia possint
Aprici meminisse fenes: quid pulchrius? at cum
Herodis venere dies: vnctaq; fenestra
Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ
Portantes violas: rubrumq; amplexa catinum
Cauda natat Tinni: tumet alba fidelia vino
Labra mouestacitus: recutitaq; sabbata palles,
Tunc nigri lemures: ouoq; pericula rupto
Tunc grandes galli: & cum sistro lusca sacerdos
Incussere deos inflantes corpora: si non
Predictum ter mane caput gustaueris alli

Sexta.

13

Dixeris hec inter varicosos centuriones:
Continuo crassum ridet Vulphernius ingens
Et centum grecos curto centusse licetur,

Satira Sexta.

a Dimouit iam bruma foco te Basse fabino?

Iā ne lyra & tetrico viuūt tibi pectine chordæ

Mire opifex numeris-veterum primordia vocum

Atq; marem strepitum fidis intendisse latinæ

Mox iuuenes agitare iocos: & pollice honesto

Egregios lusisse senes: mihi nunc ligus ora

Intepet: hybernatq; meum mare: qua latus ingens

Dant scopuli: & multa littus se valle receptat,

Lunai potum est opere cognoscite ciues:

Cor iubet hoc Enni postq; destertuit esse

Meonydes quintus pauone ex Pythagoræo

Hic ego securus vulgi & quid prepararet auster

Infœlix pecori, securus & angulus ille

Vicini nostro quia pinguior: & si a deo omnes

Ditescant orti peioribus vsq; recusam

Curuus ob id minui senio aut cenare sine vncto

Et signum in vapida naso tetigisse lagena

Batyra.

Discrepet his alius: geminos horoscope varo
Producis genio, solis natalibus est qui
Tingat olus siccum muria vafer in calice empta
Ipse sacrum irrorans patinae piper hic bona dente
Grandia magnanimus peragit puer utar ego utar
Nec Rombos ideo libertis ponere lautus
Nec tenuem soleris turdorum nosse saliuam
Messe tenus propria viue: & granaria: fas est:
Emole, qd metuis? occa en seges altera in herba est,
Ast vocat officium: trabe rupta brutia faxa
Prennit amicus inops rem qui omnē surdaq; vota
Condidit Ionio iacet ipse in littore & vna
Ingentes de puppe dei: iamq; obuia mergis
Costa ratis laceræ nunc: & de cespite viuo
Frange aliquid largiri inopi? ne pictus oberret
Cerulea in tabula: sed cænam funeris heres
Negliget iratus quod rem curtaueris vrnæ
Ossa inodora dabit: seu spirent cynamama surdum
Seu ceraso peccent casia nescire paratus
Tu ne bona in columis minuas? sed bestius vrget
Doctores graios: ita fit postq; sapere vrbi:

Sexta.

Cum piper & palmis venit nostrū hoc maris experts
 Feniseæ Crasso viciarunt vngvine pultes,
 Hæccinere vltior metuas-at tu meus heres:
 Quisquis eris paulum a turba seductior audi,
 O bone num ignoras missa est a Cæsare laurus:
 Insignem ob cladem germanæ pubis & aris
 Frigidus excutitur cinis: ac iam postibus arma
 Iam clamides regum: iam lutea gausapa captis
 Effedaq; ingentesq; locat cesonia rhenos,
 Dñs igitur genioq; ducis centum paria ob res
 Egregie gestas: induco-quis vetat? aude:
 Venisi conuiues-oleum arto creasq; popello
 Largior an prohibes? dic clare: nō audeo inquis?
 Ex ossatus ager iuxta est: age si mihi nulla
 Iam reliqua ex amitis-patruelis-nulla proneptis
 Nulla manet patrui; sterilis matertera vixit:
 Deq; auia nihilum superest accedo bouillas
 Cliuumq; ad virbi-presto est mihi Manius heres
 Progenies terræ- quere ex me quis mihi quartus
 Sit pater haud prompte-dicā-tamen adde etiā vnum
 Vnum etiam: terræ est iam filius: & mihi ritū

Satyra Sexta.


Manius hic generis prope maior auunculus exit
Qui prior es cur me in decursu lampada poscis:
Sum tibi mercurius-venio deus huc ego vt ille
Pingitur an renuis? vñ tu gaudere relictis?
Deest aliquid summe minui mihi: sed tibi totum est
Quicquid id est- vbi sit fuge querere qđ mihi quōdā
Legarat Stadius- neu dicta repone paterna
Fenoris accedat merces: hinc exime sumptus
Quid reliquū est- reliquū? nunc nunc impēsius vnge
Vnge puer caules: mihi luce festa coquetur
Vrtica: & fixo fumosum sinciput aure?
Vt tuus iste nepos olim fatur anseris extis
Cum morosa vago singulti & inguine vena
Patriciæ immeiat vuluæ, mihi trama figuræ
Sit reliqua ast illi tremat omento popa venter
Vnde animam lucro mercare: atq; excute sollers
Omne latus mundi ne sit prestancior alter
Capadocas rigida pingues pauisse catasta,
Rem duplica: feci iam duplex: iam mihi quarto
Iam decies redit in rugam depinge: vbi sistam
Inuentus chrysippe tui finitor acerui,

Impressit Liptzk Melchiar Lotterus
Anno domini, M, ccccc, xñ,

Faint, illegible markings or bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible markings or bleed-through from the reverse side of the page.







78 L 1504

vere legeret ap̄hr̄ cū legeremur legeremini
 legerent. Preterito p̄fecto cū lectus sum ut
 fuerim lis ut fueris lit ut fuerit. ap̄hr̄ cum
 lectus sum? vel fuerim? liti? vel fueritis sint
 vel fuerint. P̄tō plusq̄ p̄fecto cū lectus es
 sem ut fuisset eses ut fuisset esset ut fuisset
 set. ap̄hr̄ cū lecti essemus ut fuissetis esse
 tis vel fuissetis essent vel fuissent. Futuro
 cū lectus ero ut fueris eris ut fueris erit ut
 fuerit. ap̄hr̄ cū lecti erim? vel fuerimus eri
 tis ut fueritis erint ut fuerint. Infinitivo
 mō sūmēris et p̄sonis tpe p̄nti et p̄tō im
 p̄fecto legit. Preterito p̄fecto et plusq̄ p̄fecto
 lectum esse vel fuisse. Futuro lectum iri.
 Duo participia trahuntur ab hoc verbo
 passivo. preteritū et futurum. preteritum
 ut lectus. futurum ut legendus.
P Adiuandis audit. ap̄hr̄ adiuandis

ur docerem docere
 p̄fecto iudicada
 es vel fuisset esset
 et fuisset? ut fuisset
 essent vel fuissent
 doceris vel doceat
 doceamur doceat
 mō tpe p̄nti
 docere doceatur.
 amini doceant.
 doceris vel docer
 eremur docere
 to cū doceris sum
 it vel fuerit. ap̄hr̄
 liti? vel fueritis
 p̄fecto cū docer
 fuisset esset ut fu
 ut fuissetis esse
 fuissent. Futuro







Præterea raris & mirabilibus. aqua feroc. ad raspensam non raris a...
Quo vero raris quod raris poenitentibus gratias gratia raris...
gle panning et enim panning raris raris p raris vel a raris...
apathy quod in hō hōe panning raris raris raris raris raris...
que panning raris raris raris raris raris raris raris raris...
ta raris raris raris raris raris raris raris raris raris raris...

Persii flacci nobilissimi Satyrici unicus. sed elegantissimus Satyrarum liber.

De raris raris raris raris raris raris raris raris raris raris...
Luce raris raris raris raris raris raris raris raris raris raris...
in raris raris raris raris raris raris raris raris raris raris...

Hermanni Buschij Paliphili
Epigramma q̄ Persium,
loquentem inducit,

Ne contemne mei : parua hec monumenta : libelli
Sed quibus ingenij : lumen : & artis : inest
Non semper par est : virtus : & gratia : magnis
Corporibus : sed plus sæpe minora valent
Vulture sic auido : longe est preciosior Attis
Sic & ab æoo Psittacus orbe datus
Surculaq; Assiria : vincunt stillantia : gutta
Sic Ornos steriles : Populeasq; trabes
Sic gemma in digitis : fuluo gestatur & auro
Spreta rigent crasso cum tibi saxa luto
Ergo age primicias : nostræ : studiose : iuuentæ
Sint quibus modicæ tutamen : oro : lege

Leipz 1572